

## HOMILIA VI.

*Idem argumentum prosequentes, tam humana, quam sacra eruditione calem verba.* Gratia plena, iterum elucidamus, multiplicemque gratiae plenitudinem tradimus, et quaevarum illarum Virgini congruat, ex b. Thoma, et d. Bonaventura edocemus in eadem verba: Ave gratia plena.

Pierus Valerianus (in calce sui operis) refert, antiquos in hunc modum humanam gratiam descripsisse: deam quandam Iovis filiam degebant ex tribus virginibus compositam, quae manus mutuo sibi dantes, ridebant. Prima faciem habebat apertam, secunda operam, tertia, partim apertam, partim operam: vocabantur autem gratiae tres, cum esset una, quia munus gratuito datum tripliciter considerabatur; primo, ut datum; secundo, ut acceptum; tertio, ut datum, et acceptum: quod mutuo se manus darent, mutuum gratiam, et benevolentiam dantis, et recipientis donum significabat: tandem pari risu exultabant, quia non minus delectare debet dantem domi eligit, quam recipientem eius acceptio. Hae tres foeminae virgines erant; tum quia dona debent esse incorrupta, ut nullus in honesti finis praetextu fiant; tum quia donorum beneficentia non debet senescere, et marcescere in dante, nec in memoria recipientis, sed semper vivere, et in vinecere: quod autem prima illarum Virginum vultum velamine operiret, significat donum in abscondito dandum, ita ut iuxta consilium Salvatoris (Matth. 6): *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: allera vero discooperlo vultu apparebat, ut denotaret, beneficium acceptum manifestandum, non celandum esse: tertia vero partim habens vultum cooperatum, partim discooperatum, id sane portendebat, quod datur, occultandum; quod recipitur, propagandum: quod tandem ait, patrem habere Iovem, bona illa coelitus elapsa esse indicabat. Haec, quam apple Virgini congruat ad illustrandum verba illa (Ecles. 24): In me gratia omnis, hand difficile erit demonstrare: in illa enim fuit gratia dandi, quia non solum hominibus nulla bona praebuit, sed, et ipsi Deo carnem, quam assumptis, donavit; una enim cum Patre aeterno dicere potisset: *Ego hodie genui te: ille quidem in aeternitate, haec in tempore. Fuit etiam gratia accipiendi, quia nulla pura creatura coelestibus charismatibus cumulator illa unquam fuit, ipsa dicente (Luc. 1.): *Fecit mihi magna, qui potens est. Coelos, ait David (Psal. 8), digitis Dei creatos fuisse: Coelos, opera digitorum tuorum: homines manu Dei conditos fuisse, affirmat Iob (c. 10.): *Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me: quae vero dona Deus b. Virgini impertravit, non digitis, non manu, sed brachio divinae omnipotentiae, quasi omnium excellentissima, ea Mariae ascribit. In illa quoque pariter adest gratia illa simul dandi, et recipiendi, quia, sicut pene infinita****

dona divina largitas in eam effudit, ita pene infinita nobis contulit, quae, quia quotidie nos experimur, supervacaneum est illa recensere. In ea deinde huiusmodi gratia dandi, non inveterata, emarcuit, sed nova conferens beneficia in dies magis virescit, et invencit. Quod si triplex illa gratia sub vultu Virgini incorruptae ostendebatur; quid quaequo incorruptus b. Virgine, quam nec conceptus, nec partus violavit? Si illa praeterea risu exultabat, beata Virgo, dum plura munera largitur, tantum abest, eam tristari, ut amplius hilarescat.

Ac tandem si illa Iovis erat filia, quae coelitus data dona significabantur, omnia, et singula bona, tam qui accipit, quam qui donat, a Patre luminum descendere non distuler, iuxta illud (Iob. 1): *Omne datum optimum, et omne donum perfectum deservitum est, descendens a Patre luminum.* Adde, quod, ut auctor philosophiae secretae tradit, Gentiles olim magam humanae conditionis inopiam, infirmitatem, et indigentiam contemplantes in diversis vitae temporibus, varios Deos, qui factum proficiantur, assignabant, ex quo, ex ventre matris prodibat, pro partu erat dea Lucina; ad vitam vegetativam conservandam deus Venus; pro tempore, quo in cubilibus iacebat, dea Comyna; pro uberibus matris sugendis dea Rumina, et sic de reliquis vitae hominis actionibus, quousque infans perveniret in duobus annos. Nec quisquam mirabitur horum deorum multitudinem, si legerit d. Augustinum (lib. 8. de Civ. Dei. cap. 12), ubi detestabiliora alia Gentilium deliramenta commemorat. Quod si tot deos illi putabant adiutores necessarios ad vitae corporalis augmentum, et conservationem, pluribus quidem indigere autemarent ad incrementum, et conservationem vitae spiritualis: omnia tamen haec gratiarum genera, quae a diversis diis falso decepta gentilitas communicari existimabat, ab uno Deo collata fuere b. Virgini. Ipse namque specialissimam curam habuit orbis laetitiae, illustravit, Ecclesia dicente (in offic. nat. Virg.): *Natiuitas tua, Dei Genitrix: Virgo, gaudium annuntiativum universo mundo: infantium eius divinis coelestium charismatum pignorum locupletavit, dum in templo eam praesentari fecit, et quindecim scalae gradus, in cuius veneratione hodie in Ecclesia est canticum gradatum, cum triennem devotissime ascendere fecit; ac tandem ad nubilem aetatem perveniente, tot gratiarum fluentia in ea confluxere, ut et angelus ei dixerit (Luc. 1): *Ace gratia plena: et ipsa de se faleatur (Ecles. 24): In me omnis gratia viae, et veritatis.* Sed adverte quae, dixisse, gratiam veritatis, id est, gratiam veram, ad differentiam aliarum gratiarum, quae falsae gratiae sunt, non verae: his enim nostris temporibus vidimus, gratiam prophetiae nullo fixisse, alios extasis, et raptus, alios vulnera in manibus, pedibus, et latere, velut noster Seraphicus Franciscus, accepisse humano artificio simulatum; haec quidem non fuerat gratiae veritatis, sed falsitatis, et mendacii, ut exitus ipse probavit.*

Ut tamen hanc exuberantis gratiae plenitudinem b. Virginis distinctius, et luculentius intelligamus, consulamus quaeo angelicum Doct. qui (3. p. q. 6. a. 6) praeter gratias datas, duplicem agnoscat gratiam in Christo Domino, primam vocat gratiam unionis, per quam ei, ut homini, datum est, ut esset Filius Dei naturalis, iuxta illud d. Pauli (Rom. 1): *Qui praedestinatus est Filius Dei in virtute: secundam vocat habituales gratiam; quae qualitas est supernaturalis, iustus inherens, per quam redduntur consortes divinae naturae, ut loquitur d. Petrus (2. Petri 1), et filii Dei per adoptionem, et haereditate aeternae haereditatis, iuxta illud Pauli (ad Tit. 3): *Ut iustificati gratia ipsius, haereditate simus secundum spem vitae aeternae.* Hanc duplicem gratiam in Christo exultasse, non obscure significavit d. Ioannes, cum dixit (c. 1): *Et Verbum caro factum est: ecce gratiam unionis, per quam Verbum divinum carnem humanam in virtute personae sibi copulavit: deinde subiunxit (ibid): *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti a Patre: ecce gratiam habituales a gratia unionis in Christo emanantem.* Inter alia ergo non pauca, quibus b. Virgo reliquos omnes sanctos, tam homines, quam angelos, praecellit, illud omnium singularissimum est, quod utraque haec gratia Spiritus sanctus eam replevit: in primis quidem, dum ventrem eius implevit Christo, satis apparet, prima illa gratia unionis mirifice fuisse repletam, ut loquitur d. Ambrosius: *Bene sola gratia plena dicitur, quae solam gratiam, quam nulla alia meruerit, consecuta est, ut gratiae repletur auctore.* Quibus verbis consonant alia d. Bernardi (homil. 5. super Missus) in hunc modum loquentis: *Legimus in actis Apostolorum, et Stephanum plenum gratia, et Apostolos fuisse repletos Spiritu sancto, sed longe dissimiliter a Maria; nec in Stephano habitavit plenitudo divinitatis corporaliter, quemadmodum in Maria, nec Apostoli conceperunt de Spiritu sancto, quomodo Maria.* Eisdem etiam consentanea sunt verba Chrysostomi Ierosolymitani (ser. de s. Mat.): *Gratia plena, quia tecum est universus gratiae thesaurus, et totius laetitiae. Rex cum ancilla, cum speciosa inter mulieres speciosus forma prae filiis hominum, cum puella impolluta is, qui sanctificat omnia. Similique modo loquuntur Hieronymus (ser. de Assumpt.), et Gregorius Neocaesar. (homil. de Annun.)* Fuit deinde in b. Virgine secunda illa gratia habitualis animam deificans, ut docuit his verbis d. Athanasius (serm. de sanct. Dep): *Hac de causa factum est, ut gratia plena appellata sis, utpote quae omni gratia abundans, idque cultum tuum deprecatur omnes dicitis plebes.* Atque in hoc sensu intelligenda putant verba haec, gratia plena, d. Augustinus (in Enc. c. 36. et ser. 13. et 14. 15. 18. 21), Sophronius (ser. de assumpt.), Chrysologus (ser. 142), Beda (ho. 3. de b. Virg.), et Rupertus (lib. 6. in Cant.), quos sequitur eruditissimus Maldonatus dicens: *Neque enim angelus, qualis cum Christum concepisset, futura esset, sed qualis iam esset, illi voluit significare: et subdit: Si propterea gratia plena diceretur, quod Christo in utero concepta plena esset, postquam vero peperisset, gratia plena esse***

*desisset. Quod merito Athanasius in oratione illa de Deipara, tanquam absurdum, refellit: loquitur igitur angelus ibi de gratia illa, per quam idonea facta erat Virgo, ut Christum modo conciperet. Quia tamen multiplex in sacris Scripturis gratiae plenitudo reperitur, ut facilius cognoscere possimus, quaeenam illarum Virgini conveniat, observasse oportebit, triplicem esse hanc plenitudinem. Prima, et omnium potissima est, plenitudo gratiae superabundans, ut verbis d. Bonaventurae (in 3. de 13. q. 3) utar, quae propria est Christi, quia in eo, ut loquitur Paulus (ad Colos. 2. 3) habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter; et in eo sunt omnes thesauri sapientiae, et scientiae Dei absconditi. Alia est plenitudo gratiae sufficientis, quae omnibus iustus datur, ut docet d. Thomas (3. p. q. 7. art. 10. ad 2), ubi ait: *Est quaedam gratiae plenitudo, omnibus sanctis communis, ut scilicet gratiam habeant sufficientem ad merendum vitam aeternam.* Hac sufficientia dicuntur repleti Stephanus, et Apostoli, ille quidem gratia sufficienti, ut idoneus Christi testis et promartyr esset; illi vero, ut apostolatus munere perfecte fungerentur. Alia tandem plenitudo dicitur praerogativa, quae soli b. Virgini competit, ut auctor est d. Bonaventura (praecit. loc.), ubi habet haec verba: *Christus plenus fuit gratia, plenitudine superabundantiae, quantum de eius plenitudine non omnes accepimus; Virgo plena fuit plenitudine praerogativae; reliqui sancti pleni fuerunt plenitudine sufficientiae.* Ad hanc plenitudinem praerogativae pertinere arbitror id, quod de nullo religiose sanctorum dici potest, in b. Virgine fuisse iustitiam originalem, non quidem quoad effectus immortalitatis, et impassibilitatis, et similitum, quos in statu innocentiae causabat, sed quantum ad spirituales illos, ac mirabiles effectus constituendi perfectam subordinationem hominis ad Deum, et appetitus sensitivi ad rationem: haec enim, cum ad perfectionem animae pertineant, non est, cur dicamus, negata fuisse Dei Genitrici, quae aliquin primis parentibus concessa fuisse noscitur. Ita docerent gravissimi theologi, Cardinalis Cusanus (l. 8. cir. illud Sicut lil. inter. spin.), et Cardinalis Durandus (in 3. d. 3. q. 3), Dionysius (lib. praecit. et dignit. Mar.), Canisius (l. 1. de Dep. cap. 9. Cord. late l. 1. q. 46), et alii moderniores doctores: idque verosimilium fit, si vera est eorum sententia, quae affirmant, donum iustitiae originalem nihil prorsus esse praeter gratiam in anima existentem, et virtutes omnes per se, et per accidens infusas in gradu heroico, quibus adungebatur specialis Dei manentia, et custodia: haec enim cum nemo catholicus negat Virgini, et aliunde carerit fomite, non est, cur iustitiam originalem ei de fuisse putemus. Unde d. Bernardinus (ser. 61. de Virg. benedict. c. 12), divina Virginitas charismata contemplantis, ex fervoris affectu, quae aestuabat, pie dixit: *Sicut divinae perfectiones omni intellectu incomprehensibiles sunt, sic perfectiones gratiarum, quas Virgo suscepit in conceptione Filii Dei, soli intellectui dicuntur, et Christo, et sibi comprehensibiles extiterunt. Et quidem, quod Deus generaret Deum, nulla requirebatur in Deo dispositio, cum ei ex natura concederet, ut per**

viam naturae intellectus produceret Verbum, per omnia sibi aequalis: immo impossibile est, quod non generet Deum, propter suam fecunditatem; sed quod foemina conciperet Deum, est, et fuit miraculum miraculorum: oportuit enim, ut sic dicam, foemina elevari ad quandam quasi aequalitatem dignam per quam infinitatem perfectionum; et gratiorum, quam creatura nunquam experta est. Unde, ut credo ad illam abyssum imperscrutabilem omnium charismatum Spiritus sancti, quae in beatam Virginem descenderunt in hora divinae conceptionis, intellectus humanus, vel angelicus nunquam poterunt attingere: quod declarans angelus Gabriel, cum ab eo quaereret b. Virgo, et diceret: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? respondit angelus, se tantum mysterium ignorare, dicens: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi; quasi diceret: quod a me quaeris, ignoro; sed aeternae sapientiae doctor, qui tibi solum hoc altissimum mysterium reservavit, te per illuminatissimum experientiam edocuit; haec ille.

Ut tamen haec Mariana plenitudo gratiae nobis adhuc magis innotescat, placet, manifesta illius signa, et indicia in medium producere. Quatuor ego observavi in his rebus materialibus plenitudinis non obscura argumenta. Primum est, non resonare, ut apparet in argenteo vase, quod si plenum vino perentias, non resonat: unde apud Iob (c.7) dicitur: Nunquid unguet bos, cum ante praesepe plenum fuerit? Secundum, non plus appetere, ut contingit stomacho cibis pleno; tunc enim ille non solum non appetit, sed nauseat super suavissimas quasque dapes, iuxta illud Salomonis (Prov. 27): Anima saturata calcabit faenum. Tertium signum est, ponderosum esse, ut constat etiam in urina, quae liquore vacua levis, plena vero ponderosa redditur. Quartum tandem signum est, nam quemadmodum vas liquore valde plenum perfacili motu copiam facit sui, et quod continet, elargitur; ad eundem modum plena gratia, et misericordia tibi ab angelo Mariae proponitur, ut intelligas, vel levissimum orationis contactu, favorem suum, ac maternam clientelam piissime ipsam exhibituram. Cognovit certe hanc Marianae clementiae affluentiam rex ille Britanniae Arcturus, qui cum se infestissimis hostilibus circumdatum, et pene iam regni sui imperio spoliatum cerneret, tandem ad se reversus, hoc unum bello illi cruento advenit remedium, in interiori clypei, seu scuti parte, perpulchram Deiparae Mariae Virginis effigiem depingi fecit; et quoties congressurus erat cum hoste, elevans brachium, in quo pendebat scutum, oculatorum aciem in Mariae imaginem convertens, et ab ea open implorans, acriter irruerat in hostem, semperque victoriam ex Mariae auxilio reportabat. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

qui se abscondat a calore eius. Atque hinc est quod Ecclesia catholica, a divino Spiritu afflata, Deiparam Mariam, Matrem gratiae, matrem misericordiae, immo, et vitam, et dulcedinem, ac spem nostram piissime vocitare consuevit. Unde d. Augustinus (lib. de s. vir.) dixit: Mater est spiritu omnium fidelium, et membrorum Christi, quia cooperata est charitate, et illi in Ecclesia nasceretur. Tanta autem huius Matris fecunditas est, in spiritualium filiorum procreatione, ut ipsa proclamet (Ecc. 24): Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, et a generationibus meis adimplerini. Unam tantum generationem, sicut et unicum tantum filium habuisse Deiparam Mariam, fides catholica docet; vocat autem eam plurali numero, generationes, quia unica illa Virginis generatio, qua Deum, et hominem genuit, causa, et origo est omnium spiritualium generationum, quibus in filios Dei per fidem, et charitatem regeneramur, et renascimur. Unde fit, quod sicut a muliere initium peccati, et per illam onnes morimur, ut ait Ecclesiasticus (c. 15), ita a muliere super omnes mulieres benedicta initium sumpsit nostra salus, et vita; quare egregie, ut asselet, Seraphicus noster d. Bonaventura (tom. 3. opus de sp. B. Vir. c. 7), tam ex sua, quam ex d. Bernardi sententia, dixit: Ipsa quoque non solum in plenitudine sanctorum detinetur, sed etiam in plenitudine sanctorum virtutes, ne fugiant; detinet nimirum virtutes, ne fugiant; detinet ante Mariam non fuit, qui se detinere Dominum auferet, testante Isaia: non est, qui invocet nomen tuum, qui consurgat, et teneat te: si ergo peccator es, et reconciliari Deo desideras; aut si iustus es, et in gratia conservari cupis, ne quaeso cesses invocare Mariam: nam quemadmodum vas liquore valde plenum perfacili motu copiam facit sui, et quod continet, elargitur; ad eundem modum plena gratia, et misericordia tibi ab angelo Mariae proponitur, ut intelligas, vel levissimum orationis contactu, favorem suum, ac maternam clientelam piissime ipsam exhibituram. Cognovit certe hanc Marianae clementiae affluentiam rex ille Britanniae Arcturus, qui cum se infestissimis hostilibus circumdatum, et pene iam regni sui imperio spoliatum cerneret, tandem ad se reversus, hoc unum bello illi cruento advenit remedium, in interiori clypei, seu scuti parte, perpulchram Deiparae Mariae Virginis effigiem depingi fecit; et quoties congressurus erat cum hoste, elevans brachium, in quo pendebat scutum, oculatorum aciem in Mariae imaginem convertens, et ab ea open implorans, acriter irruerat in hostem, semperque victoriam ex Mariae auxilio reportabat. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA VII.

Plenitudinem Marianae gratiae prosequimur, ostendentes, illam adeo crevisse, ut solius Virginis gratia omnium sanctorum, tam angelorum, quam hominum gratiam in acervum unum relectam, praecelleret, in illa verba: Ave gratia plena.

Inter alia non pauca, quibus beatissima Virgo magnitudinem Dei aemulatur, illud unum excellentiam eius mirifice detegit, quod sicut ad cognitionem divinae naturae duplici via, affirmationis, et negationis, nobis incedendum est, ut ex antiquissimo Dionysio Areopagita (de ang. hier.) docuit d. Thomas (p. q. 3), ita ad immensitatem Marianae perfectionis, non quidem penitus exhauriendam, id enim soli Deo reservatur, sed ad eam pro modulo nostro penetrandam, affirmationis similiter, et negationis duplex iter nobis arripendum est. Negatio quidem, quid divinae naturae non conveniat, contemplatur: unde, ut ad Deum per cognitionem accedat, creaturas aufugit: fatetur enim Deum non esse coelum, non solem, non lunam, non angelum, non seraphinum, aut cherubinum, neque quidpiam aliud creatum, et hinc inferit, aliquid aliud esse praestantissimum bonum, longe haec omnia transcendens. Afirmatio vero e contra, Pauli (Rom. 1) vestigia sequens dicens: Incisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, et creaturam attenta consideratione, innumeras perfectiones Creatori tribuit: quia tamen illae in creaturis non aliter reperiuntur, quam multis imperfectionum naevis permixtae, hac industria nititur, quod sicut artifex ad ignem fornacis fundens aurum terra, aut plumbo permixtum, mundum inde extrahit illud, ut vas conficiat, ita mens nostra praesciendens, dividens, ac separans aurum perfectionum, quod in creaturis intuetur, a terra, et plumbo imperfectionum, quibus admiscetur, eas ab illis emundatas Deo optimo maximo tribuit. Observat quidem in creaturis pulchritudinem, sapientiam, providentiam; at videns haec in illis esse accidentia, quod imperfectionem importat, hanc intelligentiae acuminem removens ab illis, reliquum, quod perfectionis est, Deo adscribit. Equidem contemplantes Deum hac duplici negationis, et affirmationis via, persimiles esse dixerim duobus accipitribus, quorum unus volentem per aera ardeam, ut eam fortius insectetur, ab ea recedens, quasi eius oblitus se simulat, ut sine securius ardeam aucupetur; alter vero suae velocitati fidens, recto tramite volentem suam ad illam dirigens, cum apprehendere tentat, et quanto illa altius evolat, tanto ipse sublimius descendit, ut tandem praedam rapacibus unguibus suis capiat: non dissimiliter Dei contemplationi vacantes, alter per viam negationis, alter affirmationis divinarum naturam cognoscendam, velut ardeam sectantur; aliter tamen, et aliter: ille quidem, quasi recedens a Deo, negationis viam au-

plectitur, ut illam cognoscat: unde d. Dionysius (de coel. hier.) frequenter hanc viam negationis ingressus, dicebat: Ad hanc lucidam caliginem accedentes oramus, sibi, et non videre, et non scire est Deum, qui est super omnia, ex omnium ablatione celebrare. In huius quidem caliginosae cogitationis figuram lego (24. Eccl.), quod quando Moyses ex divina visione cum Deo confabulatur, montem ascendit, Dominus nebula verticem montis cooperuit, in cuius caliginem Moyses ingressus est, ut melius Dei voluntatem agnosceret. Persimile quidpiam accidit Eliae, Deo ante ipsum transeunte; ipse quidem, ut eum agnoscere posset, pallii sui velamine propriis cooperuit oculos: eoce quomodo Moyses, et Elias a creaturam intuitu se subtrahunt, ut Deum melius contemplantur: eoce quomodo nebulae, et pallii velamine oculos operiunt, ut lucidiores, ac perspicaciores ad divinam cognitionem oculos habeant. Ut haec tamen magis Dionysii doctrina magis innotescat, sensibile quodam exemplo illam placet elucidare. Sicut enim sapiens statuaris volens pulchram imaginem ex lignea materia affabrefacere, non eam conficit, aliquid ei addens, sed potius, amplius, et amplius ab ea detrahens, quo fit, ut aliquid semper ab ea demendo, pulchram faciem, congruamque membrorum compagine conflingat; ita similis artificii genere utens d. Dionysius Areopagita, volens perfectam Dei ideam mente sua conficere, non aliquid ei addebat, quia nihil in creaturis, quod imperfectione careret, reperiebat, cum omnes ex potentia, et actu, genere, et differentia compositas, variisque mutationibus obnoxias intueretur; unde non aliter Dei ideam sibi effingebat, quam eo omnes creaturam perfectiones longe ab eo propulsans, ac removens: et hoc est, ut ipse dixit, Deum, qui est super omnia, ex omnium ablatione celebrare. E contra vero viam affirmationis ingressus d. Augustinus dicebat: Deum meum quaero, quaero quandam lucem super omnem lucem; quandam sapientiam super omnem sapientiam: sicut enim, qui aenonium hortum variis floribus constitum ingrediens, ex multiplici florum varietate fasciculum sibi conficit, maiore suaveolentia fragrantem, quam singuli flores, ita sanctus doctor viam affirmationis perambulans, varias creaturarum perfectiones, quibus velut odoriferis plantis constitus est, aenonium huius mundi hortus, divinae naturae ideam quandam, velut fasciculum sibi effingebat, ex omnibus creaturarum perfectionibus, flosculis contextum, ad quem intuens, Deum, vastissimum, ac immensum omnium perfectionum pelagum esse agnoscebat. Cum igitur b. Virgo sit, quae inter puras creaturas divinas perfectiones cumulatus, et uberius participat, oportet quidem, si sanctitatis eius excellentiam, ac plenitudinem gratiarum cognoscere cupimus, varias illas negationis, et affirmationis vias ingredi. Cum enim filius, et mater sint relativa; et ista haec, ut dixit philosophus, sint simul natura, et cognitio: eisdem quidem itineribus, quibus ad Filii cognitionem venimus, ad Matris notitiam nobis appropinquare oportet; et quidem, cum b. Virgo medium sit inter Deum,

et reliquas creaturas, ita ut illum non exaequet, has vero longe praecellat, bifariam negationis viam ingredientibus. Deiparae laudes in hunc modum decantabimus: Deus infinite potens est, infinite sapiens, infinite bonus, infinite misericors, infinite dives, infinita denique omnium perfectionum abyssus: remove hanc infinitatem, et reliquum, si Mariae tribueris, non errabis. Similiter in creaturis singulas perfectiones contemplare, in terra stabilitatem, in aqua virtutem purificantem, in aere subtilitatem, in igne caloris vim penetrantem, in coelis incorruptibilitatem, in sole irradiantem claritatem, in luna fulgentem splendorem, in angelis tandem miram puritatem, limpidissimam Creatoris, et creaturarum intelligentiam, ac ardentem Dei amorem: has ergo omnes perfectiones cum limitatione, remissione, et imperfectione, qua in rebus creaturis reperuntur, longe a Maria remove, si quiddam illius excellentiae intueri desideras: est enim stabilior terra, mundior aqua, subtilior aere, penetrabilior igne, incorruptibilior coelis, mobilior planetis, splendidior luna, lucidior, et rutilantior sole, purior angelis, sapientior cherubinis, ac amore ardentior seraphinis. Si tamen affirmationis viam amplectamur, varias contemplerur perfectiones, et imperfectiones creaturarum, quibus admixtae sunt, ab eis secerantes, et separantes; reliquum, quod remanserit, Deiparae adscribamus, idcirco enim ipsa, quae maior est omni laude, dixit (*Eccl. 24*): *In me omnis gratia viae, et veritatis.* In angelis certe simul fuit Deus condens naturam, et largiens gratiam, potentiam tamen ad peccandum, dum viatores erant, ab illis non abstulit: tolle tu hanc potentiam, quod imperfectionem redolet, et reliquum tribue Mariae, quae simul sortita fuit naturam, et gratiam, tam excellenti confirmationis dono stabilitam, ut peccare non posset, quae per Dei gratiam impecabilis facta erat. Similiter in vere poenitentibus adest contritio, quae dolor est de propriis peccatis propter Deum summe dilectum: remove tu imperfectionem, quam propria important peccata, et reliquum invenies in Maria ab omni imperfectione semotum, nempe dolorem intensissimum de alienis peccatis propter Deum summe dilectum, qui ferventissimus est charitatis actus. In virginibus adest integritas, sed cum sterilitate coniuncta: in nuptis reperies foecunditatem cum iactura integritatis admixtam: remove quaeso a virginitate sterilitatem, et a foecunditate corruptionem, et inde pullulabit virginitas cum foecunditate copulata, ut propterea de ea dicatur: *Nec primam similem visa est, nec habere sequentem; gaudia matris habens cum virginitatis pudore.* Ac tandem antiqui prophetas Christum venturum expectarunt, sed non viderunt: Apostoli viderunt, sed in fide eius multi vacillarunt; quidam vitam contemplativam cum Maria Magdalena sectantes, Marthae sororis merito carent; et contra vero activam vitam cum Martha complectentes, suavi Mariae quiete, ac dulcissimis sponsi amplexibus privantur; at in Deiparam Mariam isthaec omnia coelestia charismata con-

fluxisse, ab omni tamen imperfectione secreta, intus; expectavit quidem Christum venturum, at simul etiam et genuit, et vidit, et nutrit, et ubere de coelo pleno lactavit; fidem eius tenacissime tenuit, et contemplativa pariter, et activae vitae illum saum contemplando, et eidem inseriendo, et ministrando indefessa semper aemulatrix extitit.

Ut hanc tamen affirmationis viam latius aperiamus, plenitudinem gratiae, qua beata Virgo divinitus fuit donata, diligenter scrutemur, et luculenter ostendamus, tum priscorum Patrum monumentis, tum solidissimis argumentis ab ipsa ratione petitis; quod duplici probationis genere ostendere audeam, plenitudinem gratiae beatae Mariae non solum singulorum sanctorum, sed et multiplicem omnium gratiam, etiam in unum illae confluentem, longe superare. Et quidem, ut a magis notis exordiamur, communis est Patrum sententia, Mariam gratia, ac sanctitate singulos sanctos tam homines, quam angelos valde praecellere: huius veritatis primum testem profero d. Iacobum (*in sua liturg.*) dicentem: *Dignum est, ut te vere beatam dicamus, Deiparam honorabilior, quam cherubim, et gloriosior, quam seraphim, quae sine corruptione Deum peperit: Idiota (lib. 6. Tom. 3. Biblioth. sanct.): Sanctorum omnium privilegia, o Virgo, omnia habes in te congesta; nemo aequalis est tibi, nemo maior te nisi Deus: sanctus Ephrem (*de laud. Mariae*): Intemerata, prorsusque pura, Virgo Deipara, Regina omnium, sublimior coelestibus, purior solis radiis et splendoribus, honoratior cherubim, et angelicis excelso spiritibus, sanctorum seraphim, et nulla comparatione ceteris omnibus superis exercitiis gloriosior: et ibidem inquit: *Nulla comparatione omnibus superis exercitiis gloriosior, praestantissimum orbis terrae miraculum, omnium sanctorum corona, ob fulgorem inaccessa: divus Anselmus (in lib. de concep. Virg. c. 18): Decens erat, ut ea puritate, quae maior sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, qui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo, aequalem sibi genitum, tanquam seipsum diligebat, ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque communis Dei Patris, et Virginis Filius, et quam ipse filius substantiatim facere sibi matrem eligebat, et de qua Spiritus sanctus volebat, et operaturus erat, ut conciperetur, et nasceretur ille, de quo procedebat etc. Cardinalis Damianus idem etiam (*serm. de nat. Mar.*) dicit: *Quid sanctitatis, quid iustitiae, quid religionis, quid perfectionis singulari huic Virgini deesse potuit, quae totius divinae gratiae charismata plena fuit: sic nunquam ab angelo, dum salutareretur, audivit: Ave gratia plena, vel corpore vindicare sibi potuit locum, quae ad instar coeli plenitudinis totius divinitatis meruit esse sacrarium? In Christo enim, sicut per Paulum dicitur, habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter; nec mirum, si cunctorum merita transcendat mortalium, quae et ipsam superexcedit celsitudinem angelorum. Idem eodem loco: *Etsi nulla magna facta sunt in creaturis mundi, nihil tamen tam excellens, tam magnificentum fecerunt opera digitorum Dei etc. ex-****

cipe semper Christi humanitatem: Laurentius Iustinianus (*in serm. de nat. Virg.*): *Nultus, inquit, mortalium, quavis donorum coelestium numerositate sit praeditus, Virgini valet conquiri, patriarcharum utique, prophetarum, apostolorum, martyrum, omniumque sanctorum merita b. Maria transcendit: d. Epiphanius (in orat. de laud. Virg.): Solo Deo excepto, cunctis superior existit; et Andreas Cretensis archiepiscopus. ierosolymitanus (in tract. de assumpt. Virg.): O Virgo, ait, Regina omnis humanae naturae, quae habes non comparabilem cum aliis appellationem; quae, excepto Deo solo, ex omnibus alior: d. Ielphonsus (*serm. 2. de assumpt.*): *Sicut est incomparabile, quod gessit, et ineffabile, quod percipit, ita est incomprehensibile praemium gloriae, quod meruit: d. Athanasius (serm. in Ec. de sanctis. Dep.) in hunc modum loquitur: Spiritus sanctus in Virginem descendit cum omnibus virtutibus essentialibus, induens eam gratia, ut in omnibus gratiosa esset, atque idcirco gratia plena cognominata est, eo, quod ab implene Spiritus sancti omnibus gratis abundaret: d. Gregorius (in cap. 1. Reg.) in illa verba Isaia (*c. 2*): *In illa die erit praeparatus mons domus Domini in vertice montium, inquit: Mons quidem fuit beatissima Virgo Maria, qui omnem electae creaturae altitudinem electionis suae dignitate transcendit; mons quippe fuit in vertice montium, quia altitudo Mariae super omnes sanctos refulsit: ac tandem doctissimus Bauxamis (tom. 1. Ecang. harmoniae) in illa verba gratia plena pie, et erudite dixit: *Non sine gratia fuit Sara, Rebecca, Rachel, Debora, Susanna, Judith, ut illis conferrentur insolita quaedam beneficia: quanto magis Maria plena gratia erat, ut nobis Deum, et redemptorem nostrum pareret? Sed et Apostoli repleti sunt Spiritu sancto, et Stephanus plenus fuisse gratia, et fortitudine legitur, quanto plenior Virgo? nec id quidem ei plenitudinē, quae in Christo est, praevideam facit: nam et in ipso omnem divinitatis plenitudinem corporaliter inhabitasse, et non ad mensuram datum esse spiritum, et plenitudinem omnem effusum esse credimus; non autem pari gratia Mariam accepisse, sed quantum electa creatura, praeter unionem cum Deo hypostaticam, capax esse potest, Deo illam seligente, et perficiente; ita de Virgine dicere possumus, quod Ecclesia: *elegit cum Deus, et praeelegit eam: nam si omnia parari debuerunt in propolatorio moyse, quanto magis sanctificavit illud suum tabernaculum Altissimus? haec ille.*****

Ceterum, alius, ac sublimis de intemerata Virgine Deipara Maria cogitans, arbitror cum nostro divo Bernardino Senensi (tom. 1. ser. 61. art. 3. cap. 30), huius opinionis vexillifero, plures illam gradus gratiae obtinuisse, quam omnes sanctos simul, ita ut plenitudo gratiae illius excedat cunctas sanctorum gratias, etiam si mente concipiamus illas omnes in unam intensissimam gratiam redigi; sic enim loquitur s. Bernardinus (tom. 1. ser. 61): *Posuit diadema regni super caput eius, et voluit eam esse Regnam (Ester 1). Istud est diadema speciei, et corona gloriae, qua Virgo super angelos coronatur, ut intra Trinitatis gloriam ipsa sola amplius sit electa, ac plus beatissimae Trinitatis*

diligat gloriam, capiat, sentiat, et fruatur, quam omnes aliae purae creaturae simul sumptae; de cuius gloria post Filium participat universi; et latius idem sanctus Bernardinus (art. 2. de exalt. beat. Virg. cap. 8): *Quinta excellentia Virginis, capacitas dicta est; secundum enim Dionysium, in regno colorum omnium inferiorum dona in superioribus in tanta praecellentia sunt, quod quasi nulla est comparatio, nisi sicut est circumferentia ad suum centrum. Cum ergo beata Virgo super omnem ordinem sit, in tantum, quod per se faciat ordinem incommunicabilem, sequatur, quod super omnes inferiores ordines, tam angelorum, quam hominum simul sumptorum, ipsa improporcionabiliter, et quidquid est gloriae in omni inferiori glorificata natura, tam angelica, quam humana, multo praecellentius est in Virgine matre Dei. Nec dubium hoc reddat omnium beatorum aliorum multitudo numerosa, et magna, quia hoc nihil facit ad rem maioritatis gloriae essentialis, sed substantialis: nam in spiritualibus id est maius, quod melius reputatur; unde plus de substantiali gloria est in unico seraphino quam in reliquis omnibus ei inferioribus: quantum ergo ordo superior superat ordinem immediate sibi coniunctum, tantum gloria Matris Dei omne quod ei inferius est. Scio, nonnullis plus sapientes, quam oportet sapere, parumque de b. Virgine benemeritis, dicere, d. Bernardinum, aut non tam veraciter, quam hyperbolice locutum fuisse; aut si hanc tenuit sententiam, valde singularem in ea extitisse, quam nullus antiquorum Patrum docuit. Falluntur tamen, quia si Patrum monumenta diligenter evolvens, reperissent sane quamplures eidem sententiae non obscure adstripti: nam praeter d. Epiphanium (orat. de laud. Vi g.), divum Anselmum (lib. de excell. Virginis c. 8), et d. Bonaventuram (in spec. V. c. 3) vocantes, gratiam Virginis immensam, d. Ioan. Damascenum (serm. de Ass.) plenitudinem gratiae, quam Deus Virgini communicavit, Gratia abyssum appellavit; et (orat. 1. de dorm. Virg.) id magis explicans, dixit: *Dei Matris, et servorum Dei, infinitum est discrimen: et (orat. 2. de assumpt.) inquit: Solo Deo excepto, cunctis superior existis, cui praedicanda nec hominum, nec angelorum lingua sufficit. Deinde d. Chrysostomus (in serm. quem Ecclesia refert in festo nat. Mar.): *Magnum revera miraculum, fratres dilectissimi, fuit semper b. Virgo Maria; quid namque illa maius, aut illustrius ullo unquam tempore inventum est, seu aliquando inveniri poterit? haec sola coelum, ac terram amplectens superavit; quidnam illa sanctius? non prophetae, non apostoli, non martyres, non patriarchae, non angeli, non throni, non dominationes, non seraphim, non cherubim, non denique aliud quiddam inter creatas res incisibiles maius, aut excellentius inveniri potest. B. Petrus Damianus Card. (serm. de nativ. Virg.): *Quid grandius Virgine Maria, quae magnitudinem summae divinitatis intra sui ventris conclusit arcum? Attende seraphim, et videbis, quidquid maius est, minus Virgine, solumque Opificem opus istud supergressi; et non infra gloriam, quae eam ex hoc mundo transeuntem excepit, principium ignorat, nescit finem, de qua nihil aliud****

possimus dicere, nisi, quia gloriosa dicta sunt de te cœcitas Dei: et (serm. de assumpt.) inquit: Inter animas sanctorum, et angelorum choros supereminens, et excelsa, merita singulorum, et omnium titulos antecedit: et ibidem ita dicit: Superat Virginem alios sanctos in gratia, sicut sol in luce, et claritate stellas excedit: ac tandem de eadem Virgine sic loquitur: In illa inaccessiblei luce pertucens, sic utrorumque spirituum hebetat dignitatem, ut sint, quasi non sint, et comparatione illius nec possint, nec debeant apparere. B. Laurent. Iustinia. aperius inquit: Merito quidquid honoris, quidquid felicitatis habebatur in singulis, totum abundat in Virgine. Hinc sanctorum admiratio de Maria D. Bonaventura (opusc. de laud. Virg. c. 6): Plena est Maria inundatione gratiæ in affectu, tanta nempe inundatio gratiæ, tanta profunditas, et magnitudo fuit in Maria, ut ipsa bene mare plenitudo dici possit, iuxta illud: Tonet mare, et plenitudo eius; sicut in mari aquarum, sic in Maria sunt congregationes gratiarum; unde scriptum est: Congregationesque aquarum appellavit Maria. Dicitur quoque in Ecclesiastico: Omnia flumina intrant in mare: omnia flumina sunt omnia gratiarum dona, quae intraverunt in Mariam, iuxta illud Sapientis: In me omnis gratia viæ, et veritatis. Quam plenum sit hoc mare, quam plena gratia sit Maria, b. Hieronymus aperit dicens: Bene plena, quia ceteris per partes præstat, Mariæ vero simul se tota infudit plenitudo gratiæ: hæc s. Bonaventura; qui ibidem etiam hæcens illud (Eccles. 14). In plenitudine sanctorum detentio mea, ex doctrina d. Bernardi id explicat in hunc modum: Ideo in plenitudine sanctorum Mariæ detentio fuit, quia in mirifica perfectione sua, plenitudo perfectionis omnium sanctorum illi non deficit: idem quoque s. Bonaventura (in specul. Virg.) ait: Immensa fuit gratia, qua Virgo fuit plena, immensum enim vas non potest esse plenum, nisi immensum sit istud, quo est plenum: Maria autem vas immensissimum fuit, ex quo illum, qui coelo maior est, continere potuit. Tu immensissima Maria, capax es coelo, quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti; tu capax es mundo, quia quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo. Si ergo Maria tam capax fuit ventre, quanto magis mente? et si capax tam immensa, fuit gratia plena, oportuit utique, quod gratia illa, quae tantam implere potuit capacitatem, esset immensa. Quis immensitatem Mariæ potest mensurare? ecce quod dicitur in Ecclesiastico: Altitudinem coeli, latitudinem terræ, et profundum abyssi quis dimensus est? coelum est Maria, terra est, abyssus est; quis huius coeli altitudinem, quis huius abyssi profunditatem, quis, inquam, Mariæ immensitatem dimensus est, nisi ille solus, qui ipsam non solum in gratia, et in gloria, sed etiam in misericordia, tam altam, tam latam, tam profundam operatus est? hæc d. Bonaventura. Accedit b. Andreas Cretenensis, qui beatam Virginem (in serm. de eius dormitione) invocat in hæc verba: O sancta, et sanctis sanctorum, et omnis sanctitatis sanctissime thesauri: et d. Petrus Chrysologus considerans plenitudinem gratiæ Virginis compe-

hendere omnes gratias in reliquos sanctos divisas, sapienter vocavit Mariam, collegium sanctitatis.

Nec desunt præter Patres, moderniores theologo magno nominis, eidem sententiæ ascribentes: nam doctissimus Dionysius Cart. (l. 1. de laud. Virg.) sic scribit: Sanctitate Virginis maior esse non potest, non quia Deus absoluta sua potentia ampliorem, nedum Virgine, sed aliis quoque præstare possit, sed nec decet, nec utique fiet. Sanctitate ergo Mariæ maior sub creatura Filii eius sanctitate intelligi, esseque nequit; tum quia neque in præsentia vita eius sanctitatis magnitudo ad plenum comprehendere valet, etiam quum in terris est. Incomprehensibilis enim, ut ait Ambrosius, incomprehensibiliter operatur in Matre; tum quia ampliorem alicui impertiri neque decet, neque contingit: et rursus: Quoniam Mariæ sanctitas quodammodo iuxta præcœstina infanta est; hæc Dionysius. Guglielmus parisiensis (in Rosario auro) ait: Si gratia omnium sanctorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, et omnium electorum, etiam comprehensibilis nocem ordinis angelorum, ponerentur in una statera; et sola gratia huius Virginis in alia, multo gravius appareret. Franciscus etiam Suarez vir hoc nostro sæculo pieclate insignis, ac doctrina celeberrimus, postquam (in Comment. 3. p. ad g. 37) pie, et erudite auctoritate, et ratione hanc confirmasset sententiam, tandem ait: Accedit, quod cum ante viginti annos in academia Salmanticensi regatus a gravibus viris, questionem hanc disputaret, atque definire, fuerim aggressus, cumque in hanc sententiam eade propenderem, rei novitate detentus, eam proprio iudicio, ac sententia definire ausus non fui, donec doctores sapientissimos, et in rebus theologice valde versatos consului; quibus omnibus pia, atque probabilis hæc sententia visa est; hæc ille. Consensit eidem eruditissimus Barradius (in concord. evang. lib. 6. cap. 10), ubi, adductis nonnullis auctoribus hanc sententiam amplexantibus, inquit: Cui etiam subscribo: quod pietati sit consentanea. Eandem etiam defendit ante illos Henricus (l. de fine hominis ad c. 10), necnon et Maurilius (de vita Deip. Mar.), ubi refert revelationem B. V. s. Thomæ Cantuar. in hunc modum loquentis: Matrem gloriam habet ipsa sola quam omnes simul angeli, et sancti: et nullis retro annis vir non parum eruditus, ac de b. Virgine benemeritus, Bernard. de Bust. (de Annunc. ser. 5): In tantum fuit Maria præ maxima gratiæ plenitudine ponderosa, quod si ipsa sola in una statera poneretur ex una parte, et ceteri omnes sancti, tam nocti, quam reteris testamenti, et omnes angeli in alia, ipsa amplius ponderaret. Deinde eandem amplectitur insignis concionator Angelus Coelestinus (super cap. 1. Lucæ serm. 13) in illa verba, gratia plena: quos secutus Honuphryus Manesca, (serm. de Annunc. b. Mariæ) in hunc modum scribit: In dubium verti potest, an gratia Virginis Mariæ sit maior gratia reliquorum omnium sanctorum, etiamsi simul reliqui sancti sumantur: respondendum mihi videtur, tantam communcasse Deum optimum maximum gratiam Virgini Mariæ, ut hæc maior appareat, quam sit gra-

tia reliquorum omnium sanctorum. Ne tamen cupitum hæc nostra sententia difficilis creditu videatur, in memoriam revocet quaeso egregia illa verba Andreæ Cretenensis (serm. de dorm. Deipar.). quæ etiam reperio apud Euthymium (serm. de Zona Virg.), ubi aium: Si quid, quod nos superat, in ea divina operata est gratia, nemo miretur, intuens ad novum, et ineffabile, quod in ea peractum est mysterium, ab omni infinitate infantis infinite exemptum. Sane cum celsitudinem animus contempletur immensæ dignitatis Dei Genitricis, ad quam Maria fuit excelsa, ingenue fateatur, quidquid pie in eius laudibus dicitur, minus certe esse, quam dignitas eius mereatur.

Sed perge iam hoc idem argumentum firmissimis rationibus constabillire.

Prima ratio. Ad cuius intelligentiam suppono, tam esse verum, quam tritum illud philosophorum placitum, cuius meminit d. Thomas (3. p. q. 37. art. 5): Quanto aliquis magis appropriat principio in quolibet genere, tanto magis communicat effectum illius principii: ut a sole, qui est principium luminis, et ab igne, qui est principium calor, quo plus quis eius accedit, tanto magis illuminatur, et calefit; unde d. Dionysius (lib. de coal. hierar.) dicit: Angeli, qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus divinis: ex quo fit, quod angeli infimi ordinis exigua quæque nuntiant; archangeli, qui sublimiores sunt, non nisi magna, et excelsa evangelizant; principatus autem, quia his aliores sunt, principatus omnibus coelestibus spiritibus, divinas iustiones explebunt: his celsiores virtutes potestatem habent super corporalem naturam in operatione miraculorum: istis superiores potestates accere possunt malos spiritus, non secus, ac terrene arent a republica malefactoris: his celsiores dominationes præscribunt, et præcipiunt aliis ea, quæ ad divina pertinent mysteria: his altiores throni Deum familiariter in seipsis recipiunt, et divina exercent iudicia: his celsiores cherubini supereminet, divina agnoscentes secreta: his superiores seraphini, ardentes, Deo perfectissime uniti, et in eum præ amoris ardore transformati: ecce quomodo quanto magis aliquod appropriat primo principio in aliquo ordine, tanto magis participat effectum illius primi principii. Cum ergo b. Virgo super omnes puras creaturas coniunctissima fuerit Christo Domino perenni gratiæ fonti, quem Ioannes vidit plenum gratiæ, et veritatis, et qui origo, et principium ipsis gratiæ erat, iuxta illud (Ioa. 1.): Gratia, et veritas per Iesum Christum facta est: reliquum est, ipsam abundantius omnibus divini gratiæ charismatibus perfusam fuisse. Ad quam quaeso creaturam, præter Mariam, dictum est (Luc. 1): Ecce concipies, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum, aut (ibid.): Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei? quod si hanc Virginis cum Deo coniunctionem clarius intueri cupitis, in memoriam revocate, ab æterno, et in tempore strictissimam omnium fuisse, ultra quam dici possit; cum enim Christus Dominus prædestinatus fuit, ut esset Filius Dei, et Pauli (Rom. 1)

verbis loquar, etiam prædestinatus fuit, ut esset Filius Virginis, et consequenter oportuit, Virginem cum Christo prædestinari: ecce quomodo ab æterno nihil Filio coniunctum, quam Mater: unde ipsa dixit (Eccles. 24): Nondum erat abyssus, et ego iam concepta eram, scilicet, in divina prædestinatione. In tempore etiam, quos non videat, nullam creaturam artificio vinculo Christo Domino copulatam fuisse, quam Mariam, ex cuius purissimo sanguine ipse carnem assumpsit, et materiam ab ea subministratam hypostaticæ unionis nexu divini Verbi personæ intime coniunxit? hæc miram Virginis cum Christo coniunctionem perpendens d. Thomas (3. p. q. 27. art. 5. ad 1) dixit: B. Virgo Maria tantam gratiæ obtinuit plenitudinem, ut esset propinquissima auctori gratiæ, ita quod Deum, qui est plenus omni gratia, in se respiceret: et Dionysius (de præc. Virg. lib. 1. art. 8) inquit: Palam est, Christum sine mensura omnis gratiæ plenitudinem obtinuisse; hinc plenitudinem, gratiæque infinitæ Mariæ vehementer appropriat.

Finxere quondam poete, principem poetiæ artis, suavi illo montis Parnasi liquore plenum adeo esse, ut propter exuberantem eius plenitudinem in terram præ magno illius pondere decideret; tunc reliqui poete ad illum accedentes, singuli, prout poterant, ex liquore illo vasa sua implebant: unde apti ad varia poemata contendeda permanserunt; ad Mantuanus poeta proximus, quam reliqui poete ei se approximavit, et quia maius vas secum detulit, plus de Parnasi liquore participavit: non dissimiliter cum Christus Dominus divini gratiæ liquore plenissimus esset, iuxta illud Ioannis (c. 1): Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ, et veritatis: multi ad eum accesserunt, ut fluenta gratiæ illius participarent: unde ipse Ioannes (ibid.) subimixit: De plenitudine eius omnes accepimus. Apostoli ab hoc inexhausto gratiæ fonte hauserunt evangelicam doctrinam, martyres fortitudinem, doctores sapientiam, confessores constantiam, virgines puritatem, pontifices apostolicam potestatem, ac tandem sacerdotes remittendi peccata auctoritatem: Maria autem, quia propinquissima omnium extitit huic perenni fonti, et per excellentiorem eius dispositionem capaxius vas secum deferabat, plus illis omnibus simul de plenitudine gratiæ illius accepit.

Secunda ratio sit: quia, cum b. Virgo sit exaltata super omnes choros angelorum, ut sancta confitetur Ecclesia, necesse est, ut inter omnes puras creaturas ipsa per se super chorum omnium efficiat, qui inferior sit ad Christi thronum, sicut inferior est gratia illius ad Christi gratiam, superior vero ad omnes tam angelorum, quam hominum sedes: ad notissimum est ex sententia doct. Dionysii (de coal. hier.) superioriorem chorum continere plus gratiæ, quam inferiores: sunt enim angelorum chori instar coelestium orbium: nam quemadmodum celsiores coeli omnium inferiorum coelorum magnitudinem continent; ita chori angelorum superiores omnium inferiorum gratiam exaequant, immo et superant, tamquam

continentes continentem: igitur, cum chorus Virginis, ut Dei Genitricem decet, sit super omnes choros tam hominum, quam angelorum, necesse est, continere in se gratiam aequivalentem, immo et superantem, tamquam continentem contentum, omnes gratias collective sumptas, quibus praestant inferiores chori. Unde quemadmodum in rebus naturalibus videmus, ita Deum trinam hanc mundi machinam, elementalem, coelestem, et angelicam in hunc modum disposuisse, ut inter elementa sit unum, quod magnitudine sit maius, quam reliqua, cuiusmodi est ignea sphaera, et inter coelestes orbis sit unus, nemp primum mobile, iuxta philosophorum sententiam; iuxta theologiam vero veritatem, coelum empyreum, quod reliquos coelestes orbis simul sumptos quantitate mollis longe superat; et inter novem etiam choros angelorum supremus omnium sapientia, charitate, et gratia, reliquos omnes antececlit: et inter angelos illius sublimis chori unus adest supremus, qui intensiva perfectione naturali reliquos inferiores simul sumptos excedit: ita in ordine supernaturali concedens erat, ut Deus optimus maximus creaturam aliquam produceret, cui tantam plenitudinem gratiae conferret, ut illa omnium sibi inferiorum gratias non solum exaequaret, sed et superaret: ad eum certe modum, quo in Ecclesia catholica instituit, ut cuncti gradus potestatis spiritualis, qui in subdiaconis, diaconis, sacerdotibus, episcopis, archiepiscopis, et patriarchis reperitur, omnes simul in summo Pontifice existant, adeo ut suprema eius potestas omnium inferiorum potestates simul acceptas longa intercapedine praecellat: quid ergo prohibet, ut Deus eundem ordinem servans in collatione gratiae Matrī suae, tam exuberantem gratiam donarit, ut illa omnium gratias simul sumptas praecelleret? Maxime, quod si decet, ut solius reginae opes omnes subditorum divitias in unum aevum congestas superent, potiori iure Reginae Mariae spirituales gratiae opes oportuit creaturarum omnium sibi inferiorum, spirituales charismatum divitias simul sumptas longo intervallo superare; unde est ille ad eam sermo (Proverb. 31): *Multae filiae congregaverunt divitias, tu supergressa es universas.* Quid autem quaeso cum ratione magis consentaneum, quam, ut filius rex matri soli uberiores divitias, quam omnibus simul famulis elargiatur, sicut et dignitatem matris omnibus aliis dignitatibus praestantiorum ei donavit?

Tertiam iam rationem subiungo, quia competentissimum est, Deum maiorem gratiam illi conferre, quem maiori amore amicitiae prosequitur: Deus autem densus, et intensus, quam omnes simul famulos suos, Matrem suam dilexit: ut enim dixit ex Augustino d. Bonaventura (in speculo Mariae cap. 6) b. Virginem alloquens: *Te ipse Rex regum, ut Matrem eorum, et decorum sponsam praec omnibus diligens, amoris amplexu associat;* et d. Anselmus (de excell. Virginis cap. 4): *Ostendit ergo amorem erga matrem, quo nullum putemus esse posse maiorem:* et d. Bernardinus (serm. 15. de festivo. Virg. cap. 3) non dubitavit dicere, propter ex-

cellentiam huius amoris *Christum potius venisse pro sola Virgine retinendam, quam pro ceteris omnibus hominibus.* Et quis quaeso bonae indolis filius non magis diligit matrem suam quam omnes suos famulos? Igitur, cum Christus Dominus plus matrem suam dilexerit, quam reliquos omnes simul, consequens est, maiorem gratiae cumulatam ei contulisse, quam reliquis omnibus simul.

Quartam rationem deprehendo ex variis comparationibus tam sacrae Scripturae, quam sanctorum Patrum, quibus frequenter conestatur b. Virgo: comparatur enim mari propter nomen Mariae: *Omnia flumina intrant in mare, et mare non redundat:* igitur sicut mare plus aquarum sicut suo comprehendit, quam omnia simul flumina, fontes, et putei, ita et Maria plus continet gratiae, quam reliqui simul omnes sancti. Solet etiam comparari Deipara Maria flumini (Ps. 64): *Flumen Dei repletum est aquis:* flumen autem compertum est, plus aquae continere, quam vasa simul omnia, quae in quantumcumque ingenti, ac populo civili reperiuntur. Comparatur item soli (Cant. 6): *Pulchra, ut luna, electa, ut sol;* quis autem non videat soli splendidiorem lucem angelicam contulisse naturae, quam reliquis omnibus astris simul sumptis? unde d. Petrus Damianus (serm. de assumpt. Virg.) dixit: *Sol lucidius incandescens, ita sibi sydereum, et lunae rapit possessionem, ut sint, quasi non sint, et videri non possint; similiter et Virgo veri praeavia luminis, in illa inaccessibili luce perducens, sic utrorumque spirituum hebetat dignitatem, ut in comparatione Virginis nec possint, nec debeant apparere.* Deinde, sicut Christus Dominus comparatur fonti (Psal. 35): *Apud te est fons vitae, id est, Verbum, quod erat apud Deum,* sic b. Virgo, ut recte observavit d. Bernardus (ser. de nativ. Virg.), confertur cum aquaeductu: *Ego quasi aquaeductus exivi de paradiso, et reliqui sancti rivis assimilantur: Rivus eius inebrians (Psal. 64):* quemadmodum ergo Christus in Ecclesia est tamquam fons perennis gratiae, beata autem Virgo, ut aquaeductus, reliqui vero sancti, ut rivuli; ita in Christo, ut in fonte congregantur omnes gradus gratiae, qui tam ad aquaeductum, quam ad rivulum fluunt; in Virgine vero, ut in aquaeductu congregantur omnes, qui ad rivulos derivantur; unde ipsa dixit (Eccles. 24): *In me omnis gratia vitae, et veritatis.* Sunt ergo in illa tot gratiae gratiae, quot sunt in omnibus sanctis simul. Tandem componitur b. Virgo cum coelesti Ierusalem (Cant. 6): *Pulchra est amica mea, suavis, et decora, sicut Ierusalem;* quasi dicat: decora es, sicut tota coelestis Ierusalem, quia totam ex hominibus, angelisque constantem decore gratiae aequas, immo et superas. Unde fit, quod et nostrum principale argumentum non parum confirmat, quod intercessio, et oratio solius Virginis efficacior est coram Deo ad impetrandum, quam oratio totius curiae coelestis, ut his verbis docuit d. Augustinus (ser. 3. et 4. de Nativ.): *Nec dubium est, quia quae meruit pro liberandis offerre prelitum, possit plus omnibus impendere suffragium; et sicut apud Deum est potior, ita et omnibus san-*

ctis est sollicitior; unde Gregorius Nicomedien. (orat. de purific.) vocavit Virginem *omnipotentem suis orationibus:* est autem manifestum, quod, ceteris paribus, nihil est, quod efficacior ad impetrandum reddat orationem, quam gratia, et sanctitas personae petentis; nec sufficere dignitas, gratia deficiente. Similiter etiam maiorem honorem, et cultum defert Ecclesia soli Virgini, quam reliquis sanctis simul; cum illos dulciae, Mariam vero hyperdulciae adoratione veneretur; cultus autem, et honor maior non datur, nisi propter maiorem sanctitatem.

Quintam deinde rationem praecedentibus adnecto: quia rationi consentaneum est, ut quantum, sine praecedente excellentiae Christi Domini, b. Virgo honorari possit, tantumdem exaltet, et honorificetur, cum inter puras creaturas nulla illa sanctorum reperitur; at, ut optime docuit Card. Caiet. (in lib. de spasmo b. Mariae): *Virgo debet credi similis Filio pro omnia quantum fas est:* igitur, cum gratia Filii omnium angelorum, et hominum gratias superet, etiam gratia Matris easdem superabit, licet aliquo illa multiplici nomine gratiae Christi Domini inferior existat: quod si oportuit, gratiam aliorum omnium gratias simul collectas longe praecellere, quia gratia eius gratia capitis erit; deicit etiam proportionali ratione plenitudinem gratiae in Mariam effusam illas quoque superare, quia etiam ipsa capitis dignitatem mirum in modum participavit: nam, ut ait d. Irenaeus (lib. 3. cont. haeres. cap. 33): *sicut Erea inobediens sibi, et universo generi humano causa facta est mortis, sic Maria et sibi, et universo generi humano causa facta est salutis:* et Augustinus (serm. 33. de Sanctis): *Haec prima matris damna resolvit, haec homini perditio redemptionem adhaerit:* et d. Chrysologus (ser. 140): *Dedit pacem terris, coelis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis:* d. Bernardus (serm. 2. de Assumpt.): *Merito in te respiciunt oculi totius creaturae, quia in te, et per te, et de te benigna manus omnipotentis, quicquid creavit, recreavit:* et d. Laurent. Justin. (serm. de Annunc.): *Magna profecto fuit Mariae gratia exuberans, atque completa, quae coelis dedit gloriam, terris praebuit Deum, gaudium praestitit angelis, saeculoque pacem restituit; fide docuit gentes, vitiumque finem imposuit; humanae vitae instituit ordinem, atque spiritualem edidit moribus disciplinam:* ecce ex tantorum Patrum sententia Maria capitis dignitatem, prout Dei Genitricem oportebat, mirifice participavit, ut propterea eius sanctitas omnium sanctorum sanctitatem superet, sicut et caput omnia simul membra supereminet.

Sextam tandem rationem hoc discursu conficio: b. Virgo in primo instanti suae sanctificationis suscepit intensiorem gratiam, quam sortitus fuerit supremus seraphinus: erat enim illa, de qua dixit Isaias (cap. 2): *Praeparatus mons domus Domini in vertice montium,* iuxta explicationem d. Gregorii (lib. 1. Reg. cap. 1): erat etiam dilecta illa Sion, cuius meminit David (Psal. 86): *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob:* nec non et illa, de qua idem regius Vates dixit (ibid.): *Fum-*

CARTHAGENA DE B. M. V. — Vol. I.

*damenta eius in montibus sanctis:* quasi dicat, fundamenta sanctitatis Virginis posita sunt, ubi alii sancti conamantur. Deinde b. Virgo habuit summi liberi arbitrii a primo instanti suae sanctificationis, qui in ea per totam vitam duravit, ut affirmat s. Bernardinus Senensis (ser. de B. Virg. cap. 2. art. 1), et Episcopus Christopholanus (super Magnificat.). Rursus b. Virgo per quemlibet actum adaequabat, et aliquando excedebat intensiorem gratiae, et charitatis, quam habebat: si enim angeli ita cooperati sunt toti gratiae, quam possidebant, ut docet d. Thomas (1. p. q. 62. art. 6), neonem et Adam ante peccatum, ut tradit idem (1. p. q. 95. art. 4), etiam b. Virgo, cui perfectionis habitus gratiae, et virtutum inerat, quibus magis inclinabatur in bonum, quam illi, et vehementius a Spiritu sancto impellebatur, et maiori consolatione, et spirituali gustu fruebatur, et cui plura media ad hoc suppeditabantur, nec quidpiam habebat, quod illam retardaret, quominus toto conatu operaretur, et intensiorem principii operativi adaequaret: erat ergo, quoad hoc, par angelis, et homini in statu innocentiae, cum et careret fomite, et omni motu inordinato, sicut ille, et in omnibus aliis eos excederet: igitur, cum Salomon (Prov. 4) dixerit: *Iustorum semita, quasi lux splendens praecedit, et crescit usque ad perfectum diem;* continuo b. Virgo in gratia crescebat, quia toto tempore vitae suae continuo meruit, ut expresse docent magus Albertus (de B. Virg. c. 176. et 177. et 197), d. Antoninus (4. p. tit. 15. cap. 20. §. 6), et alii: quod facile erat, si habuit gratiam infusam independentem ab operatione sensuum, prout docuerunt Albertus magnus (lib. 10. de b. Virgine cap. 71), d. Bernardinus (tract. de b. Virg. serm. 4. art. 1. cap. 4), et Richelius (super cap. 5. Cant.): nam tunc absque defatigatione continuo poterat operari, etiam dormiens, ut de facto operatum fuisse tradunt s. Bernardinus (serm. 51), et Rupertus (ad c. 5. Cantic.) in illa verba: *Ego dormio, et cor meum vigilat.* Licet tamen demus, quod scientiam illam non habuerit, ac propterea ex defatigatione corporis non totum adhiberet conatum, nec ex tota intensiorem habitus semper, et continuo operaretur; frequentius tamen eliciebat actum aequalem, vel intensiorem habitum, tum ob gratiae suae excellentiam, tum ob specialem Dei motionem, et divinum auxilium praesto sibi assistens; unde satis utique compensaretur omissionis paucorum actuum per excessum omnium aliorum, ita ut absolute verum sit, cuiuslibet actui Virginis correspondisse de novo tantum gratiae quantum in ea praerata ex parte principii. His adiungo, quod actus charitatis ita perfecte intensus, quos b. Virgo elicuit in via, fuerunt fere innumerabiles, ita ut possint conferri cum numero sanctorum: nam semper erat in perpetua contemplatione, ita ut fore in omnibus instantibus, quae in quolibet tempore infinita sunt, mereretur: et licet numerus actuum fuisset minor, quam numerus sanctorum, hoc tamen potuit aliunde compensari; tum ex eo, quod quilibet actus erat meritorius nullo maioris gratiae, quam sit in maximo sancto; tum ex gratia, quam recepit ex

opere operato per sacramentum baptismi, et praecipue per frequentem eucharistiae receptionem, quae cum tanto maior sit, quanto melior dispositio adest ex parte subiecti; non potuit haec non esse copiosissima, cum dispositio ex parte Virginis fuerit perfectissima. Quae omnia, ut melius intelligantur, iuvare potest id, quod de calculo, seu laticularia dici solet, nimirum, quod cum hoc ludi genus non habeat plures, quam sexaginta quatuor sedes, si tamen in prima sede unum frumenti granum colloces, in secunda duo, in tertia quatuor, et sic proportionaliter in singulis duplicata ponas, tam ingens erit granorum numerus, ut ad illum explendum non sufficeret cuiuscunque fecundissimae provinciae frumentum: si igitur in sexaginta quatuor tantum sedibus tantus sit numerus, quid quaeso indicandum erit de b. Virgine, quae quotidie non sexaginta quatuor actus charitatis, sed quampures alios peccati infinitos exercebat, si continuationem eorum speciemus per sexaginta tres annos? maxime quia, ut constat ex praedicto discursu, certe in fine vitae per quemlibet actum charitatis, cum semper operaretur secundum totam, vel maiorem intensionem habitus, ex speciali Dei auxilio, plus merebat, quam in toto tempore vitae praecedentis meruerat; et sic proportionaliter de actibus sequentibus usque ad ultimum vitae habitum. Qui ergo recte computaverit excessum, qui ex hac additione singularum actuum resultat, inveniet, esse fere infinitum, et facile sibi persuadebit, ingentem adeo esse gradum gratiae multitudinem, quam meritis suis b. Virgo acquisivit, ut solus Deus eius immensitatem mensurare possit, Salomone dicente (Ecl. 1): *Ipsa solus mensus est eam: unde merito d. Bernardinus (serm. 51. de B. Virg.) tantam asseruit hanc Marianam exlitesse gratiam, ut soli Deo cognoscenda reser- vetur.*

Ultimam tandem probationem dirigo ad la- befactandas imbecilles quasdam rationes, quibus Abulensis (1. *prolog. in Matth. g. 19*), et quidam alii pauci, infimi nominis, qui ei adhaeserunt, probare contendunt, Christum plus diligeret Ecclesiam, quam Matrem suam. Prima est: nam b. Virgo pars quaedam fuit Ecclesiae, et redempta est, sicut quicumque alius de Ecclesia; pars autem non est dignior toto, nec maior illo: secunda: quia Virgini non fuerunt privilegia collata, nisi propter Ecclesiam: fuit enim tot gratiae muneribus donata, ut esset Mater Dei: non autem ad eam dignitatem eveheretur, nisi propter salvandam Ecclesiam, Filius Dei carnem assumeret, ut eam proprio sanguine redimeret. Verum prima ratio in eo peccat, quod reliquum corpus Ecclesiae absque Virgine non est tota Ecclesia, ut ait Abulensis, cum inter eius membra beata Virgo sit potissimum omnium, sed est pars quaedam multitudine, et numero Virgine maior, intensivo vero valore, et pretio minor: unde d. Bernardinus (serm. 13. de fest. Virg. c. 3), ubi supra dixit, magis fuisse intentam a Deo redemptionem Matris suae, quam omnium servorum eius. Deinde, licet Deipara Maria pars quaedam Ecclesiae fuerit, nihil tamen incon-

venit, ut quemadmodum supremum coelum, licet alioquin pars sit totius mundi, magnitudine sui ambitus reliquas omnes partes simul sumptas complectatur; ipsa etiam Virgo reliquas omnes partes, ex quibus coalescit Ecclesia, magnitudine suae gratiae superet. Saecundam etiam Abulensis rationem imbecilliorum iudico: b. enim Virgo non fuit dilecta Deo propter Ecclesiam magis sibi dilectam; sed cum illa esset amplius, quam tota Ecclesia dilecta, ipse decrevit, ut remedium afferret Ecclesiae, concipiens, et pariens eius Redemptorem. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA VIII.

*Varis interpretationibus, partim ex sanctorum Patrum fontibus haustis, partim a nobis inventis, ingenti conceptuum copia, verba illa explicamus, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.*

Anlequam sacramenta, quae in propositis verbis latitant, detegamus, prius explodendus est error quorundam asserentium per illa verba, *Dominus tecum*, significasse angelum, Deum per carnis assumptionem in virgineo utero iam tunc esse cum Maria: ad quod testimonium ex quibusdam apparentibus Patrum levis, praesertim d. Petri Alexandrini, prout habetur (in conc. Eph. 1. 2. c. 7), Augustini (serm. 2. de Assump.), d. Hieronymi (epist. 140. ad Principianam), s. Thomae Aquin. (3. p. q. 10. ar. 4), b. Pet. Damiani (serm. 1. de Nat. Virg.), Nicephori (lib. 1. cap. 8), et Andreae Cretensis (orat. de Ann.), qui omnes in hunc modum verba illa explicant, ut Dominus tunc esset cum Maria, non solum in mente, sed in ventre: at luce ipsa meridiana ex evangelica lectione patet, b. Virginem nec ante audita illa verba: *Dominus tecum*, nec in prolatione illorum, nec immediate post illa concepisse, cum vere angelus ei postea diceret: *Ecce concipies, et paries Filium*; sicut tunc nondum conceperat. Praecitati ergo Patres nimirum id potuerunt ignorare; quare explicandi sunt, ut eam dicunt, *tecum in mente, tecum in ventre, idem sit quod, tecum est in mente, et tecum erit in ventre*; saepe enim praesens accipitur pro futuro: quo modo etiam accepit graeca lectio; nam ubi nostra vulgata veracissime verit: *Quod ex te nasceretur sanctum, vocabitur Filius Dei*: illa legit: *Quod ex te natum, vocabitur Filius Dei*. Deinde cum illi Patres dicunt, ad salutationem angelicam concepisse Virginem, non accipiunt pro salutatione verba illa praesens: *Ace gratia plena, Dominus tecum*, sed colloquium inter Mariam, et angelum. Solum tamen Andreae Cretensis verba nullam sustinent explicationem, sic enim ait: *Dominum esse tecum dixi, et tu Virgo, quomodo hoc continget, ambigis? Dominum ego antecertisse adventum meum, et tuum subsisse uterum tibi nuncio, et tu de viro mihi disseris, et terreno quodam partu? sed miror sane, virum aliquo sapientissimum, in re adeo clara hallucinatum*

fuisse. Hoc supposito varias Patrum expositiones iam proferamus, deinde quas, Deo opulante, ab illis diversas excogitavimus, nostrum erit addeere. D. Bernardus (super Missus) in hunc modum loquitur: *Pater tecum, qui Filium suum fecit tuum: Filius tecum, qui ad condendum in te mirabile sacramentum, miro modo sibi fecit sacrarium, et tibi servat genitale signaculum: Spiritus sanctus tecum, qui cum Patre et Filio tuum sanctificat uterum. Andreas vero Ierosolymitanus (tract. de laud. Mariae) inquit: *Dominus tecum, qui ante te hodie tua tecum est, et ex te paulo post nasceretur: nam sicut prius spiritus Beeseel implevit, et ei Dominus Mariam sua gratia implevit, quam ex ea Fidi sui corpus efformaret. Franco Abbas (tom. 6. de gratia Dei) ita scribit: *Dominus tecum est, o Virgo, non generali tantum benedictionis gratia, qua cum ceteris sanctis est, verum et singulari praerogativa gratiae, sicut cum matre filius. Dominus tecum, ut viscera tua sanctificet, in carne tua humanam sibi naturam associet. Deinde d. Augustinus (serm. de Natio.) in persona angeli Virginem alloquens, in hunc modum eam affatur: *Dominus tecum, sed magis quam mecum, in tuo est corde, in tuo utero, adimplet mentem, adimplet ventrem. Sed percontabitur, et merito, quispiam, quomodo angelus veraciter potuisset Virgini dicere, et vult Augustinus, Deum magis esse cum illa: nam praeterquam Christus Dominus loquens de Ioanne Baptista dixit (Lucae 4. 28): *Qui minor est in regno caelorum, maior est illo: certe in Maria aderat Deus per gratiam, non per gloriam, in angelo vero per utrumque, coelesti enim beatitudine fruebatur. Verissime quidem, et acutissime loquitur Augustinus, si rem altius perpendamus: nam sicut qui habet certum ius ad haereditatem magnam absque dabo consequendam, dilior reputatur, quam qui iam exiguum aliquam naetus; in communi enim hominum opinione multo plus valet certa magna haereditatis spes, quam exiguae securae possessio; ad eundem ergo modum, quia Deus erat cum Maria per uberiores gratiam, quae certum ius illi dabat ad copiosiores gloriam, re ipsa consequendam, quam angelus iam possidebat, ideoque veraciter dicit Augustinus in persona angeli: *Dominus tecum, sed magis quam mecum.******

Ego tamen in hunc modum proposita verba, *Dominus tecum*, expono. Angelus quidem, ut raram ac inauditam salutandi formulam per verba illa, *gratia plena*, temperaret, vulgarem et receptam illam salutationem *Dominus tecum* permiscuit: haec enim frequens erat apud Hebraeos; unde angelus Gedeonem salutavit dicens (Jud. 6): *Dominus tecum, virorum fortissime: et Booz messores (Ruth 2): Dominus vobiscum: existimo autem verba ista, *Dominus tecum*, non salutantis tantum esse, ut exponit Card. Caietanus (super c. 1. Luc.). sed asserentis, ut unanimo consensu explicant supra relati, et mox referendi Patres; unde ad illa elucidanda Virginem alloquens, primo mihi usurpo verba illa Psalmi (c. 103): *Tecum principium in die virtutis tuae: Tecum, inquam, o Maria, in die, in quo virtutem generativam**

ac mirabilem tuam fecunditatem in concipiendum Filium Dei abique virili opera, gloriosissime ostentasti, *Dominus quidem tecum: Dominus, inquam, Deus trinus, et unus; quia si de iusto dictum est (Joan. 24): *Ad eum venimus, et mansionem apud eum faciemus; quidni dicemus de te, iustissima Maria? alius quidem, et sublimis id praedicabimus. Tecum enim est potentia Patris, te fecundans, ut eundem, quem ipse, valeas Filium generare, pariterque cum illo dicere (Ps. 2): *Ego hodie genui te. Tecum est sapientia Filii, erudiens te, disponens, et praeparans, ut digna eius Mater inveniaris. Tecum est munditia Spiritus sancti, te concipientem, et parturientem inviolatam atque purissimam Virginem conservans. Vel aliter secundo dicamus. Tecum est Pater aeternus, qui ante saecula te elegit, non solum in vivendum, sed et ipsius vitae matrem. Tecum Filius, quem carne indutum novem mensibus in utero gestabas, ac postmodum ubere de coelo pleno pasces, et lactabis. Tecum Spiritus sanctus, qui tanquam fons perennis gratiae, coelestem fluentis te irrigabit, et per te, tanquam per aqueductum, partem eorum ad nos derivabit. Sed neque his tantum modis intueor Dominum tecum esse: est enim tecum, sicut sponsus cum sponsa, quam unice diligit; sicut pater cum filia, quam vigilanter custodit; sicut rex cum regina, quam nullum honorat; sicut sol, cum luna, quam fulgentibus suis radiis illustrat; sicut angelus cum orbe coelesti, quem incessanter regulatissime movet; sicut tandem sapientissimus nauclerus cum navi, quam a scopulis et sylvibus incolumem ad portum deducit. Atque ex his aliam eorumdem verborum expositionem elicio: cum enim angelus praedixisset Mariae (Luc. 1): *Ace gratia plena, rationem et causam illius plenitudinis submissit, dicens: *Dominus tecum: quasi clarus diceret, quia praedictis omnibus modis *Dominus adest tecum, exuberanti gratia inventris repleta: haec enim divina praesentia fons erat plenitudinem illam scaturiens: unde eleganter Christippus Ierosolym. (serm. de s. Maria) inquit: *Gratia plena, quia tecum est universus gratiae thesaurus, totius laetitiae, rex cum ancilla; cum speciosa inter mulieres speciosius forma praefatis hominum: cum quilla impolluta is, qui sanctificat omnia: quare, si olim Samson leonem suffocavit, quia Spiritus Domini irrui in eum (Jud. 14. 6); et si Daniel per impium iudicem ac fraudulentam capti Sussaniam sententiam deiecit, quia suscitaverat Deus spiritum eius (Dan. 13); et Iosue tot hostes profugavit, David ursum et leonem fugavit, et gigantem interfecit, et Iudith Holofernis caput amputavit, quia, ut sacra narrat eloquia, *Dominus erat cum illis: ac tandem si de Ioanne dicitur, quod exerebat et confortabatur, quia manus Domini erat cum illo; nihil certe mirandum, Mariam plenam esse gratia, cum Dominus auctor gratiae inseparabiliter esset cum illa.********

Aliter etiam eadem verba licet in hunc modum explicare, ut per illa precari, immo et affirmare voluerit angelus omnia, quae ad mysterium incarnationis in Mariano utero ce-